



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Ecclesiastici

Jncipiens ab Anno Domini CCCC.XL. perueniens vsque ad D.XVIII. inchoatur
ab Imperio Justini senioris: complectitur Annos LXXVIII.

Baronio, Cesare

Coloniæ Agrippinæ, 1624

Iesv Christi Annus 479. Simplicii Pap. Annus 12. Zenonis Imp. 6. Odoacr.
Reg. 4.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14573

Catholica, vt ob eam causam omnium in se Eutychiano- rum arma conuerterit, vt que de eo inferiùs dicentur, ma- nifestiùs declarabunt.

IESU CHRISTI

Annus 479.

SIMPLICII PAP. ANNUS 12.

ZENONIS IMP. 6. ODOACR. REG. 4.

I. ANTI- CHINA ECCLESIA AB HÆRE- TICIS VE- XATA.

QVI sequitur Christi Redemptoris annus quadrin- gentelimus septuagesimus nonus, tertio Zenonis Imperatoris Consulatu notatur in Fastis: quo Orientalis Ecclesia, que paululum nata esse quietis post reditum Zenonis Augusti visa est, rursus optrà Eutychianorum hæreticorum nouis cepta est turbibus exagitari. Etenim præter illa, que clanculo molietur Petrus Mogus in Ec- clesia Alexandrina, maioribusque in dies accessionibus augetur, quod exitus demonstrat. Antiochena Ec- clesia mirum in modum forore hæreticor. non iam rem seceret agentum, sed in præcium erumpentium, afflic- tata est. Etenim cum Stephanus Orthodoxus Episcopus vnà cum suis in magna Ecclesia sacram Synaxim solemini- ter celebraret, Eutychiani, soboles Petri Cnaphi omniù perditissimi hæreticorum, conferto agmine, exertis gladijs fatentes ingressi, in Dei sacerdotes facientes, eosdem seuissimè trucidârunt: sanctissimumque ipsum Antisti- tem Stephanum, in quem potissimum maiori odio astua- bant & ira incensitæ, corripientes, ad necem vsque atro- cissimis conficere tormentis. de quo ex Ioanne Rhe- toris siorum, temporum terum gestarum scriptore hæc ha- bet Euagrius:

a Enag. l. 7. cap. 10. II. DE STR- PHANO E- PISCO AN- TIOCH. MARTY- RO. b Nicoph. l. 2. a. 28.

Petro Ecclesia Antia bene exturbato, Stephanus illius sedem capssit, quam truenno in hunc annum tenuit. Hunc (sub- diripie) Antiochencalamis ad similitudinem Nestum præcen- tu (vt scribit Ioannes Rhetor) confecerunt. hæc Euagrius, pancis admodum rem tantam absolues. Meminit eiu- dem necis Nicephorus b, eiusque corpus in Orontem am- nem proiectum, ex eodem Ioanne auctore tradit. Est de hoc Ioanne historico sententia apud Photium, qui ait ipsam sui temporis esse profectum historiam Equelesiasticam, nimirum à temporibus Theodosij Iunioris vsque ad finem Zenonis: Vtinam illam nobis Græcia conseruasset martyrum sanguine aq. d. illustratam. Porro faris ad pie- tatem & historiae veritatem nobile de sanctissimo Epi- scopo elogium, quod anniuersariâ memoriâ vigesima- quinta die mensis Aprilis reperet Ecclesia consuevit ver- bis istis, veluti egregium martyris epitaphium. Antiochia sancti Stephani Episcopi & martyri, qui ab hereticis Synodum Chalcedonensem impugnantibus multa passis, in Orontem fluium præcipitatus est tempore Zenonis Imperatoris. Raibi. Post hunc æuinum mare fens Stephanus, alium ist locum eius sub- rogarum Stephanum, sed eundem tantummodò vnum fedisse annum, habet Nicephori Chronicon: postea ve- d. electum esse Calendiam, ibidem notarum ostenditur. Verùm de tempore sedis Stephani Iunioris suo loco dice- mus.

III.

Sed quonam auctore & impulsore tanta ausi sunt im- pij: re illo quidem alio, quam scelestissimo illo Petro Ful- lone, in dem Cnaphæo dicto: qui cum sub Leone Impera- tore sedem illam inuassit, tandem post restitutum Ze- nonem in Imperium, ab ipso thre no deicctus, illic in con- sultè nimis degere verari que permisit est, reclamante li- cèt à longè Romano Pontifice, vt pestilens homo quam longissime deportaretur. Probauit eue- tus, quanto peri- culo sinantur perditissimi heretici inter Catholicos com- morari. Sentit id primùm Zeno serò sapiens, frustra pe- nitens non paruisse consilij Romani Pontificis. Ipse ta- men Imperator in perfidos arque sacrilegos homicidas tam immane facinus vindicare quamprimùm non desiti- tis, missis illuc vltoribus militibus, qui (vt parerat) defa- ctosis illis pœnas sumerent.

ZENO IMP. PV- NIT VA- CRILEGOS

Qui insuper vt caueret ne in electione successoris Au- tititibus compresso gladio turbæ iterum reuoluerent, cò necessitatis edactus est, vt quod hæcenus fuerat à maioribus intentatum, ipse primus, vt paci ac quieti eius prospice- ret ciuitatis, iusserit, vt Antiochenus futurus Episcopus eligeretur Constantinopoli: male enim obducta cicatrix rursum eruptura timebatur in vlus, si Antiochie linere- tur de Antistite deliquendo haberi comitia. Electo igitur Stephano Stephani martyris successore, vt ea cuncta præ- ter regulas Ecclesiasticas presumptra, occasione illa vigen- re, rata haberentur à Romano Pontifice, scripsit de his Zeno Augustus literas ad Papam Simplicium. Hæc qui- quidem ita esse transacta, que ab ipso Romano Pontifice ad Imperatorem Zenonem hoc eodem anno reddite sunt literæ, manifestant; que sic se habent:

Simplicij Episcopi Zenoni Augusti.

De Ecclesia Antiochena venerando: mihi semper vestra pietatis apices gaussus accepi, quibus ingenio vobis studio Catholicæ religio- nis, post defensionem fidei, que vos seruat ac custodit, imperatus au- daciam & sacrorum apud Antiochiam perpetrata eorum repen- mus: exultantes, vobis in esse animam fidelissimam sacerdotij & Prin- cipis, vt Imperiali auctoritate & vniuersa Christiana religione accep- tabilius Deo perex & appareret integritas: cum hi qui in Episcopo- rum neces sacrilegè eade versati sunt, digni inuentur per se suppli- cium, in quo & quieti Ecclesie & vestro consuleret Imperio: quâ & nunciatâ Dei contumeliâ, visceribus est gratia, & conciliatur ben- diuum scilicet oris auxilium, quorum cura sacrilegium non relinquit impunitum.

Sed vt loquar fiducialiter Principi Christiano, si præteritarum litterarum, quas de Petri aliorum nomine iam laudum ad fratrem & Cosipiscopum meum Acacium scripsisse memini, ordo teneretur ad hoc non potuit peruenire, quod iure minus meruit vindicari. Mandan- ner am namque, vt factâ suggestionem pietatis vestra prædixit, vt & ceteri, qui per occasionem tyrannicam dominationum inuasi erant Ec- clesiam Dei, extra metas vestre pellerentur Imperij, ne possent, cons- bus quibus, simplicioribus ore sacrilego viri in infundere, & ver- bu impij contra fidem Orthodoxam innocentes animas saucia- runt: quod cum apparet, tum minus ista curantur, & leuia se- creduntur.

Adm est, vt quæmadmodum prohiberi inter altaria vntam plebs per uisionibus earum, sed ipsi quoq, Præsules & prædicatori, p- di perirent funestis gladijs sacerdoti. Vnde si qua & alia reliqua sub vestro reperirentur Imperio: eae vel nunc in exteriores terras in- bete propelli, ne qua deinceps in eis sit necessitas & causa supplicij. Quia melius est aditum obstruisse, quam penam exigisse peccata.

Et quoniam seditiones Antiochenas religiosissimis proposito se- dandas non aliter existimatis, nisi (præter præudicium venerandis illius Consilij Niceni) apud Constantinopolim, ijdem peccatum, ordinaretur Antistes; qui in eum tantummodò persona si inno- rasti assumptum, vt deinceps secundam depositiones Patrum, Orientali Synodo creatio Antiocheni Pontifici seruaretur, nec ha- beri loco vntis in hære, quod diffensionis gratia factum est. asse- rende: Tenet hæc pietatis vestra beatus Petrus Apostolus sponsio- nem, & Christianissimi fidelissimij, Principi mentem in hoc vnta- iurasse, quod post hæc in Antiochena vrbe, veteri more seruato, & compromittatibus suis Episcopi ordinetur: Ne quod nunc frater & Cosipiscopi meus Acacius vobis est inuenitibus exccutus, in vnum posteritatis veniat, & statua Patrum, qua præcipue præstigijs illis, confundat.

Vnde qua à vrbis amore quietis sanctæ ac religiois sunt ordina- ta, reprohæ non possunt, ne statim Antiochena Ecclesia sub vestra dubitatione videatur ambigua: præcipue cum u, qui legitur or- dinatum, resimonsij clementia vestra & tanti sit prædicationis sub- sistit, vt in eo præter horum vulnere in dolorem postit, & possimij & Ecclesie, que illum inuenit, gratulari. Hæc receptis sermionibus, & venerationis officio respondente, curauit, vt tantas hereticorum fraudes & sacrorum deum & secularibus legibus persequenda, qua sepe peccatus esse tam noxia, de memoria & conuersione homi- num tubeat auferre, quorum impetus & conuersione videtis post auctoritate compositi. Data decimo Kalendas Iulias, post Constantium illi V. C. hæcenus Simplicius ad Imperatorem, illud (vt vidisti) vehementius inculcans & reficams, quod frustra sepe antea monuisset, vt damnati heretici e- finibus Romani propulsaerentur Imperij: quod ille adhuc

facere

facere praetermittens, tum religionem Christianam, tum ipsam Romanam Imperium pellendum, ut inferius de rebus gestis manifestis apparebit. Repetit & exprobrat hoc ipsam idem Papa Simplicium in epistola ad Acacium Episcopum Constantinopolitanum hoc eodem anno data, non abique animi amaritudine, verbis istis:

Simplicium Episcopum Acacium Episcopum Constantinopolitanum.

X. Clementissimi Principis litteris, tuas, dilectionis de sacrilega & funestissima cade, qua apud Antiochiam facta est, sanctarum & minimam affectus merore respondeo; astruens, si qua dudum de Petro & alijs complicibus eorum scripseram: & ut pietati eius cum ceteris, qui aderant, fratribus suggerere possis, ut optatam ordinatum fuisse, hereticorum temeritas ad tantum factum non veniret; nec aliquid necessitatis existeret, ut non aliter praedicta subvertitur Ecclesiae, nisi per aliquod de iure eius curatio ista muneret. Quamvis enim profecerit ad quietem, quod Christianissimi Principis iustitiae vel sine praedictio canonum a tua caritate fuerit Antiochenus Episcopus ordinatus: tamen non est sine iniuria factum, cuius cavendum dante etiam ille testatur, qui praecipit exemplum.

XI. In quo pietate eius gratias dignum est nos referre: quoniam ite gloriae suae moderatus est postulationem, ut fidelissimi devotione Patrum regalis submitteret, qua iubere, nec in auctoritatem recipi quod sequenti constituit atque prohiberi; ut scilicet in hac tantummodo persona, quam iussu eius & studio quaerit Antiochenus non tua usurpatione Antiochiam consecrasset, quod factum est, necessitate sufficeret. In quo tua dilectionis non irrationabilem cognoscimus fuisse famulatum: quia Ecclesiarum iura respiciens, duto non immerito suspensisse testatur, ne videretur ambire, quod tanto Principi & in tam gravi causa non poterat abnegare. Quapropter, frater carissime, infirmitatem veterem, qua in te sunt probata, non immemor, sicut veniale iudicare non perides, quod tibi bicentium est imperatum, ita ipse datus honorem fratribus, laborane necessitas sit velle faciendi, quod optas nunc satisfactione purgeri, haec tenus ad Acacium Simplicium, istud ipsum vehementius inculcans, quod hominis ingenium nosceret ad volatam Ictias pennas appetere, & eas quavis oblata occasione captare: nec eum quidem opinatio ista sefelicit, ut exitus demonstravit. Sed de his suo loco erit agendum.

XII. Sic igitur noto & prorsus innitato exemplo contigit, ut qui a totius Syriae Episcopis ordinari solet Antiochenus Antistes, agente Imperatore, & eorum habente Romano Pontifice, fuerit ab Acacio Constantinopolitano Episcopo ordinatus Stephanus Iunior. At quid accidit? Sicut laevis malus humor in cutem cum a natura transmittitur, leni confectione pruritus modiciore excitatur: ita plane quae in Acacio haec tenus ambitio laevit, octavo ordine ordinationis Episcopii Antiocheni magis magisque incensa appetitum primatus illi vehementiorem ingestis, ut quae adeo, ut famis, seu potius rabiei expellendae causa, custodia canonum clausuraverit, & vincula Catholicae communionis confregit, seque ac posteros suos precipites dederit: ut quae saepe dicuntur inferis, manifestissime de clarabant.

XIII. De tempore autem, quo sederit Stephanus Iunior, corrigendum est Nicephori Chronicon, cum ei vnum tantum annum sedis tribuit, quem constat eam ad triennium propagasse, nimirum usque ad annum Domini quadringentesimum octogesimo mense, quo & eius repetitur Calendion eius successit. id quidem apertissime liquet ex litteris Sancti Simplicii Romani Pontificis ad Acacium eo anno datis, quibus agit de recent tunc facta Calendionis electione: sed de his suo tempore opportunus agemus.

XIV. Hoc eodem anno magnus ille Lupus Trecentis Ecclesiae Episcopus, Gallicanae Ecclesiae decus, cuius in mensa praecordia superius ex Sidonio Apollinari retulimus, ex hoc mundo migravit in caelum aeterna vita praemia a Deo consecutus, cum iam annis quinquaginta duobus Episcopali praefectura suam Ecclesiam sanctissime administrasset. Porro eius hoc anno obitus temporis ratio inde certa deducitur: quod cum fidelissimus auctor, qui res ab

Annal. Eccl. Tom. 6.

co gestas posteris tradidit, testatur ipsum esse creatum Episcopum biennio ante functionem legationis cum Sancto Germano in Britanniam, nempe anno Domini quadringentesimo vigesimo septimo; his si addas eius sedis annos quingentados, plane inuenies ipsum hoc anno quadringentesimo septuagesimo nono mortuum esse. Sed quid de eius discipulis viris laudatissimis, de quibus eiusdem Lupi obitu idem auctor scribat, ipsius hic verbis reddamus:

Multos autem habuit vir beatissimum praclarum virtute discipulos insigni miraculorum gloria illustres. In sancto Polychronio Viridunensis Ecclesiae Episcopo gratia conationum praesulatus, ut religio post tergum manibus, damnabundus imperaret, primum, sensum recipere obsequi, quam corporum suorum collisionem. Saeculum Scuerum Trecentis Ecclesiae ordinatum Episcopum Prima Germania Gentium praedicantem non ambigimus inter Apostolos suum habere consortium. Sanctum quoque Albinum Catalaurensium Antistitem diuturna sanctitatis prerogativa eminentem non debemus tacite omittere, quam ille crebro permulsi locis sanctorum ab hominibus profugavit. Nec immerito, quam tantorum virorum celebramus praeconia, eximium vestri laudes depromere vultis debemus.

Succedit Aristo et dignus illo honore sacerdos Camellianus eorum imitator. Iam annis quinquaginta & duobus sanctus Lupus gloriosa memoria Antistes sacerdotis functus erat, cum vita praesens debitum persolvens, spiritum misit ad superos, dignum terra laudibus celebrandum. Inde ergo nunc vobis, quod ubi gloriolum est, praesidium impendat, haec tenus de Lupo: cuius diem natalem Ecclesia Catholica religio cultu annis singulis quarto Kalendas Augusti celebrandum suscepit. At ne putes in tam longae sedis Lupi numerorum errorem (ut aliole) ite pisse accipere ex Sidonio veritatem: Extat eius epistola ad ipsum data, cum ageret in sede annum quinquagesimum; sunt haec enim Sidonii verba: Iam per quinquaginta annos non aequo sacerdotium tantum, verum & antiquo quoties collatus, antelatumq; dec. Incipit de Lupo: in cuius locum (ut dictum est) subrogatus est Camellianus ab auctore Iuliano, hicque subscriptus reperitur Concilio Aurelianensi primo.

IESU CHRISTI

Annus 480.

SIMPLICII PAP. ZENONIS IMP. 7. ANNO 13. ODOACR. REG. 5.

ANNO sequens Consulatu Basilij Iunioris illuxit: quo tempore per legationem Zenonis Imp. Carthaginensis Ecclesiae, post longa spatia angorum viginti quatuor annorum viduitatis, novum accepit sponsum, sanctissimum virum Eugenium Episcopum. Quomodo autem acciderit tantum faustum ac iucundum desolat Ecclesiae Africanae solitiam, antequam ultra aggrediamur, de tempore, quo haec gesta esse hoc anno praesenti diximus, ratio est exacte disquirenda. Auctor est Victor, qui interfuit, eiusdemque Ecclesiae claudis Wandalis illatae particeps fuit, post oclusam Carthaginensem Ecclesiam, defuncto Deogratij Ecclesiae eiusdem Antistite, ita perseverasse absque pastore annos viginti quatuor. Cum autem ex his, quae superius dicta sunt, satis evidens fuerit demonstratum, obijisse dictum Episcopum paulo post captam a Genetico Romam (quod contigisse vidimus anno Domini quadringentesimo quinquagesimo quinto) nempe sequenti anno quinquagesimo sexto post quadringentesimum: huic numero si annos viginti quatuor addas eiusdem sedis cessatione, plane reperies hoc ipso anno Domini quadringentesimo octogesimo creatum fuisse sanctum Eugenium Carthaginensem Episcopum. His de tempore elucidatis, iam rem ipsam a Victore descriptam hic reddamus, qui post Hunericum regnum successione hanc habet de restituta Ecclesia Carthaginensi:

Dedit inquit Vicentiam Hunericus, Zenone Imperatore atq;

R 2. Vlaci,

b Apud Str. tom. 4. lib. 7. cap. 15.

XV. S. LVTIDI SCIPVLI SANCTI, SIMI.

XVI.

c Sida. l. 6. epist. 11.

d Vito. de persec. VI. and. 1. DE TEM. FOR. C. 5. ATION. 5. EVGENI. EPISC. CA. 1. 11.